



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

Religiosoru[m] proprietas

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

imum periculum impendere, tum demum commoueri & de vindicta cogitare cœpit, sed eheu sero nimium Mox enim ex ira paralyti resolutus est, paucisq; post diebus, frustra imploratis contra regni sui hostes auxilijs amicorum, è vita excessit. Hæretici vero Bohemiam maximis cladibus affecere. Ita profecto fit vt cum Religio Deusq; negligitur vna cum Religione & regnum amittatur. Iulianus apostata permittens libertatem Religionis Religionem euertit. Ammon. Marcell. lib. 22. S. Aug. in lib. Retract bis retractat doctrinam de tolerandis hæreticis.

*EXEMPLA RELIGIOSORVM  
qui ob usurpatam proprietatem post voluntaria paupertatis promissionem grauissime puniti sunt.*

**T**Ria commemorat Ioan. Cassianus secundum tria genera proprietariorum exempla. 1.  
 1. Giezi, inquit, quæ ne antea quidem possederat volens acquirere, non modo gratiam prophetiæ non meruit possidere, quam per successionem velut hereditariam à suo habuit magistro suscipere, verum etiam è contrario æterna lepra S. Elisæi maledictione perfunditur. lib. 7. Inft. c. 14.  
 2. Iudas autem volens resumere pecunias quas antea Christum secutus, abiecerat, non solum ad proditionem Domini lapsus, apostolatus perdidit gradum, sed etiam vitam ipsam. 4. Reg. 5. 27

Ff 2 com-

4.  
Act 51.

communi exitu finire non meruit, &c. Ananias vero & Saphira reseruantes partem quandam ex his quæ possederant apostolico ore morte mulctantur. Quod autem id factum sit ab utroq; post factam de voluntaria paupertate sponfionem docet S. Basil. ser. de institut. monach.

P. Platus  
li. 3. de bono  
no status  
Religiosi,  
cap 35.

DE POENIS EORVM QVI LIBEROS  
vel propinquos à Religione reuocant at-  
que hac ratione cum demone conspi-  
rantes cum Deo bellum ge-  
runt.

1.  
Greg. Tur  
101.

Pontianus seruus hominis teri ac barbari, cum diuina charitate incensus ad monasterium profugisset, herusq; illum repetendo instaret, nec negari posset rem suam exigenti, repente excæcatus est (herus). Itaque statim pœnitentia percussus, vimq; numinis agnoscens haud grauatè consensit, vt in Dei obsequio remaneret. Neq; tamen lumen antecepit, quàm ei Pontianus manus imposuit, ut eo manifestius cæcitatatis causa appareret.

2.  
lib. 1. de  
virg.

Ambrosius puellam commemorat, adhuc viuentem cum ipse hoc scriberet, nobilem sculo, postea multo nobiliorem Deo, cum religiosæ vitæ amore ad altare confugisset, instarentq; propinqui, & sponsum offerendum, & diuitiarum commoda proponendo, temper constantem & inuictam perstitisse. Quæ cum vnus præfractius vrgens dixisset, Quæ  
si pu